



Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE CHRISTO CAPITE|| TOTIVS ECCLESIAE,|| QVINQVE LIBRIS|| explicata.||

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Ingolstadii, [1599]

VD16 B 1607

II. De vocibus, quibus vtimur in hoc mysterio explicando.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53845](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53845)

etas ab ea persona, relatione, aut proprietate, Vnde etiam
in toto opere rident ista omnia nomina.

Nos ergo PRIMO differemus de ipsis nominibus, rite
demus deduci ex Scriptura, & antiquissimis Patribus. Secun-
do, probabimus, verè tres esse te distinctos, Patrem
Filium, & Spiritum sanctum, licet unus Deus sint, ut huius
periore ostendimus. TERTIO, soluemus præcipuas dif-
finitates circa hoc ineffabile mysterium, quo unum nomen
Deum, tres personas re ipsa distinctas esse credimus, & doc-
mus. QUARTO, disputabimus in particulari de distinc-
tione Filij à Patre, propter eos, qui Filium à utroque esse dicunt.
QUINTO, de distinctione eiusdem Filij à Spiritu sancto, que
quod idem est, de processione Spiritus sancti à Pater.

CAPUT II.

*De vocibus, quibus utimur in hoc mysterio
explicando.*

VANTVM ad PRIMVM, nomina sunt ha-
sentia, Homousios, Hypostasis, Substan-
tia, Proprietas, Relatio, Notio, Circum-
stacio, Trinitas. De quibus vocabulis duo do-
sunt. Primò refellenda, quæ in vniuersum reprehenduntur
syluanilib. 2. cap. 9. Deinde explicandum ordine defage-
natur. Illi igitur dicunt, hæc nomina quamvis profana sint, tam
nobis retineri quinq; de caussis. PRIMO, quia utilia sunt
oppugnandos hæreticos. SECUNDO, quia Patres illius
TERTIO, non ut aliquid dicamus, sed ut non tacemus.
QUARTO, quia utilia sunt ad explicandam mysteria Scriptura.
QVINTO, quia et si ea in Scripturis non habeantur, non ob-
stante eorum semina, & æquivalentia. Deinde rationes
quas ipsi sibi proposuerunt, refellunt.

Ad PRIMA respondent, non esse facienda mala, ne-
niant bona, & præterea hæreticos, qui non vincuntur
proutis, multò minus his vinci posse. Sed non redi-
cunt Catholicorum sententiam, nec enim Catholicis
istis nominibus oppugnari hæreticos, sed damnari, ex-
cludi ab Ecclesia; nam propter nouas hæretes cogimur.

*Vocabulorum
de Christo*

nomina inuenire, ut perspicue distinguamur ab illis, & Catholici sciant, quid credere debeant. Vide Augustinū Tract. 97. in Ioannem, vbi ostendit fugiendas profanas vocum nocturnas, sed non ipsa nomina noua, quæ contra nouas heres instituuntur.

Ad SECUNDAM respondent, ergo recipiendierunt omnes errores Patrum. Sed negamus consequentiam. Patres enim nunquam omnes simul errant, etiam si aliquis eorum interdum erret: nos verò sequimur eos, quando simul aliquid docent, non quando proprias ac singulares sententias aliis contradicentibus defendunt. Exemplo sit beatus Cyprianus, quem non sequimur docentem Baptismum esse iritum, si ab heretico tribuatur. Scimus enim, hac in te doctores ceteros Cypriano non consensisse: & tamen sequimur. Cyprianum docentem, Christum esse Deum verum, quia id ipsum omnes Patres summa consensione docent.

Ad TERTIAM respondent, stultum esse loqui, ut nihil dicas. Sed non intellexerunt isti verba AUGUSTINI lib. 5. Trinit. cap. 9. cùm ait, dici tres personas in Deo, non ut dicatur, sed ut non faceatur. Voluit enim Augustinus dicere, nullum nomen satis explicare quid sint illa tria, tamen dici personas, non ut perfectè declaremus vim & naturam diuinorum personarum, sed ut nō omnino muti videamur, cùm interrogamur, quid tria?

Ad QVARTAM respondent, nomina ista exotica & obscurissima esse, proinde inutilia ad explicanda mysteria fidei. Sed falsum id esse, paulò post demonstrabimus, cùm de singulis differemus. Certè exotica dici non possunt, quæ iam tot seculis fuerunt in communī usu totius Ecclesiae Catholicæ.

Ad QVINTAM, negant inueniri synonyma, & æquivalentia in Scripturis. Sed hoc esse mendacium, mox planum faciemus.

